**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

# Vitae Christi pars prima - Cod. Aug. perg. 22

**[Reichenau ?], [15. Jh.]**

Schmuckinitialen

urn:nbn:de:bsz:31-41594

Visual Library

conscribi non debebant quia per eos summe utilia sunt dictata. quia secundum Augustinum probabile est quod unusquisque evangelistarum eo se ordine credidit debuisse narrare quo deus voluit eius recordationi suggerere. ne tamen turbari possit devotio parvulorum quod ordine alio putet res gestas vel dicendi consequentia congrue videbatur congruentibus per ordinem situatur. Non tamen affirmo quod hic sit verus ac certus et debitus rerum gestarum ordo descriptus quia talis vix ab aliquo reperitur expressus. In ipso autem Christo reperies verbi incarnati hystoriam. mandata et promissa in quibus habes viam veritatem et vitam. Christi igitur exemplo nascere quod bene vivere possis, preceptis bene vive sicut promissis bene vivere velis. Duobus itaque tribus tria pulsari necesse est scilicet impotentia ignorantia negligentia. Ignorans enim ignorabitur negligens vero nescietur nequam simulator impotentie incurrit. Cogitare ergo anima, ipso devote et vigila omnia cum Christiana et singula que de Christo Ihesu dicuntur. diligenter discute. considera actus de mortem et vitam et domini tui imitare vestigia. Ille propter te de celesti sede descendit ad terrena tu propter te fuge terrena appete celestia. Christus dulcis est in mundus dulcior est Christus. Christus amarus est mundus omnia propter te sustinuit Christus. Surge et ambula noli procrastinare moram ne locum perdas in patria.

Oratio

Domine Ihesu Christe fili dei vivi: concede mihi fragili ut in pectore peccatori vitam et mores tuos pauperis cordis semper habere et pro mea possibilitate imitari. Facque me in spiritus proficere et crescere in virtutis perfectum et in templum sanctum in domino. Illustra queso cor meum lumine gratie que me inquirat semper et sequatur ut te ductorem in omnibus consiliis meis habens cuncta que tibi placent implere et que tibi displicent vitare possim. Dirige obsecro cogitationes sermones et actus meos in lege tua et preceptis atque consiliis tuis o altissime ut in omnibus voluntate tua faciens hic et in eternum per te merear salvus esse. Amen.

## De divina et eterna Christi generatione capitulum primum

Complemento itaque evangelii venturi scilicet verbi quod usque ad hoc tempus gratie dominus Ihesus servavit. quidam gratias haurire cupientes sumamus initium a divina eius generatione de qua evangelista Iohannes specialiter loquitur quia omnia ad hoc induxit ut divinitas verbi manifestet et maxime contra quosdam hereticos dicentes Christum purum hominem esse et per consequens cepisse secundum temporalem nativitatem nec fuisse ante Mariam fuisse. Et ideo de eternitate verbi incipit ostendens divina Christi natura in qua eternaliter processit Mariam. Et ponit quatuor de divinis personis que per ordinem consulunt in subditis. Primo declarat filii a patre eterna generatione dicens In principio erat verbum. idem in quo ipso deo. quod ab omnibus supponitur primum principium necessario est verbum proprie dictum tamquam in ipso unum est. Hic si dicatur filius erat in patre prius quod fuit verbum. Non in Maria incepit esse sed in principio dicit in patre quod est principium sine principio. est filius. quod est principium de principio. Dicitur autem verbum dei filium quia Ihesus Christus dominus noster quemadmodum dicitur filius dei. sic et virtus et sapientia dei. Unum enim idemque significat cum idem dicitur filius verbum virtus et sapientia. Sed aut verbum non filius quia hoc nomen verbum magis ad propositum facit quam filius. Ubi sciendum quod vox significativa dicitur verbum sed hoc est tantummodo large et denominative inquantum significat interiorem mentis conceptum sicut urina dicitur sana inquantum est sanitatis indicativa et ideo sicut illa proprie dicitur sanitas quod per urinam designat ita illud proprie dicitur verbum quod per vocem significat. hoc autem est interior mentis conceptus quia vocem

sic dicitur verbum dei sic etc.